

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 15. Ex illegitimo matrimonio regis proles anserino collo nata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

ad aratrum, & respiciens retro, aptus est re-  
gno Dei. Itaque iure irrisor iste diuinæ iu-  
stitiæ est immolatus, sicut olim aues, re- *Leuit. I.*  
gorto ad collum capite. *15.*

§ XV.

*Ex illegitimo matrimonio regis proles anserino  
collo nata.*

Defensa est in hoc monstro regis Gallia-  
rum virtus & sanctitas; punta alterius im-  
pietas in eo quod sequitur, non tantum  
capitis, sed etiam colli monstrofi, prodi-  
gio, cuius in historiæ Aquitanicæ frag-  
mentis ex Pithæi collectione editis fit men-  
tio. Sed satius est dare verba Petri Damia- Petr. Da-  
ni Archiepiscopi Ratiennatis & Cardina- mian. ep.  
lis, qui ita scribit: *Deus omnipotens terribile* ad Desi-  
*exhibit etiam in hac vita judicium, nec tamen* derium  
*miseri homines desinunt iterare plebendum.* Abbat.  
Nam Robertus Gallorum rex, annus istius Cassin.  
Philippi, qui in paterni iuris sceptra suc- Baron. t 3  
cessit, propinquam sibi copulauit uxorem, ex An. 998.  
qua sucepit filium, anserinum per omnia col-  
lum & caput habentem. *Quos etiam virum*  
*& uxorem omnes ferè Galliarum Episcopi*  
*communi simul excommunicauere sententia.*  
*Cuius sacerdotalis edicti tantus omnem ubique*  
*populu terror innasit, ut ab eius societate uni-*

304 Cap. VII. Monstra esse à Deo puniente,

uersi recederent; nec, præter duos seruulos ad necessarij victus obsequium, illi remanerent. Qui tamen & ipsi omnia vasa in quibus rex edebat, & bibebat, percepto cibo, abominabilia indicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex coarctatus angustijs, ad sanum consilium rediens, diuortium fecit, in iugis legale conubium.

Gen. 41.

42.

Pharao, cognita Iosephi sapientia, vestiuit eum stola byssina, & collo torque auream circumposuit. Sic honoratur, qui sic meretur; alij qui ut anseres viuunt, ut anseres merito etiam incedunt; aut in prole sua imaginem suam aspiciunt, quemadmodum rex iste, qui cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui cernice armatus est.

Iob. 15.

26.

Quanquam castigatus resipuit, demissaque ceruice collum iugo subiecit. Multi castigantur, & non emendantur, quibus expedit, ut suspenderezur mola asinaria in collo eorum, & demergerentur in profundum maris, ibi enim cum scandalis suis sepelirentur.

Matth. 18.

6.

§. XVI.  
Venationis amore diuinum cultum omittens,  
canina prole plectitur.

Thom.

Cantipr.

Punitus etiam & emendatus monstro

fuit ille Nobilis Theuto, adeò captus a-

more